Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ce hostia pomerij clausa sunt; et nemo nos uidet. Quam obrem assentire nobis; et commisce nobiscum. Quod si nolueris dicemus testimonium contra te q̃ fuit tecum iuuenis, et obhãc causam emiseris puellas a te. Ingemuit sussanna et ait. Angustiæ sunt mihi undiq; Si enim hoc egero mors mihi est; si autem non egero non effugiam manus uãs. Sed melius est mihi incidere absq; ope in manus uãs; q̃ peccare in conspectu domini. Et exclamauit uoce magna sussanna. Exclamauit autem et senes aduersus eam. Cum autem audisset clamorem in pomerio famuli domus; irruerunt per posticum ut uiderent quid nam esset. Postquã autem senes locuti sunt; erubuerunt serui uehementer; quia nunq̃ dictus fuerat sermo huiscemodi de sussanna. Et facta est dies crastina. Cui q̃ uenisset pplus ad uirum eius ioachym; uenerit et duo pbri pleni iniqua cogitatõe aduersus sussãnam ut condempnarent eam. Et dixerunt coram pplo. Mittite ad sussannam filiam helchie uxorem ioachym. Et statim miserunt. Et uenit cũ parentibus et filijs; et uniuersis cognatis suis. Flebant igitur eã; et omnes qui nouerãt eã. Consurgentes autem duo pbri in medio pplì; posuerunt manus sup caput eius. Que flens